



Indicvltm secvndvm
de privata diligentia discipvlorum
qvorvndam primo ordini
adscriptorum

INDICVLVM SECVNDVM

**DE PRIVATA DILIGENTIA DISCIPVLORVM
QVORVNDAM PRIMO ORDINI
ADSCRIPTORVM**

DOMINIS INSPECTORIBVS

ALIISQVE SCHOLAE AMATORIBVS

ANNO MDCCXXXVI, AD FINEM

PERDVCTO

DECENTER OFFERT

M. Ioannes Gabriel Beilius

Con-R. Sch. Chemn.

CHEMNITII

ex Officina Stæßliana.

Decembris die ultimo.

210.



Handwritten notes and text at the bottom of the page, including a list of numbers (1) through (5) and some illegible text.



* * *

enophontem, Socratis discipulum integritatis iustitiæque laude florentissimum, non inique olim, *ita res agendas esse quaslibet, ut singulis reddi queat ratio, quidquid ogganniant malevoli, dixisse perhibent eruditi* (a). A vero minime aberravit vir domi & militiæ celeberrimus, summamque rei æquitatem probe secum ponderans, ipsemet morum factorumque innocentia lummopere fudit. Aurea ista verba mihi quoque, artes liberales Discipulis, Scholam nostram frequentantibus, ea, qua par est, diligentia ac studio propinanti, ob oculos nunquam non sunt versata, versantur & versabuntur. Probe quippe cognitum perfectumque est mihi, non solum hominibus, sed & ipsi Deo, omnia scrutanti & intelligenti, certissime reddendam esse rationem. Privabatur Schola nostra circa initium anni Duce suo tam fido, tam docto, tam præclaro, *B. nempe Müllero*, quem vitæ laborumque Sityphæorum ultra quadraginta annos in Schola exantlatorum peræsum & statione sua avocavit Deus, & viduata illa Schola mihi moderanda grexque Pastore orbarus per dimidium anni partem mihi soli hac ratione fuit pascendus. Postulavit id mos Chemnitii receptus, postulavit id indulgentia Patronorum, postularunt id Constitutiones Protosynedrii Dresdensis Anno MDCXCVI. data, morem hunc & approbantes & confirmantes & Præceptoribus observandum mandantes. Perfeci, summi Numinis aspirante gratia, laborem istum sat difficilem, cui serundo unicus homo vix par erat, perfeci, inquam, cum insepida mente lætæque fronte (absit factantia dicto!) & rationem Deo, Patronis & Parentibus, qui filios Scholæ tradiderunt formandos, reddere audeo. Non ex quovis quidem ligno fieri Mercurium inter omnes constat, adeoque obtusorum, stupidorum tardorumque ingeniorum culturam a Præceptore qui immodeste efflagitat, laterem lavare & in littore arare videtur. Aliis præter hæc, uti Xenocrati (b), opus est calcaribus, aliis, uti Aristoteli, Irænis, neque eosdem in omnibus discipulis deprehendit fructus Plato doctissimus præstantissimusque. Privatam auditores nonnulli Primo Ordini adscripti disputando perorandoque præstiterunt diligentiam ac monitis meis obtemperarunt, quæ exercitia publice, anno transacto, nunc recensenda censeo. *Quantam disputaciones Scholasticae portant secum utilitatis omnes candidi norunt & ipsa pro me militat experientia.* Licet enim res arduæ hic nondum inveniantur, Latinos tamen sermones miscere intrepideque loqui discunt juvenes disceptantes, unde non, nisi cum maximo discenium detrimento, hæc omiti possunt exercitia utilissima. Quod crebræ Orationes stylum ex voto augeant, pronunciationem juvent, gestus emendent, memoriæ ornent, ingenium excolant, iudicium firment & promoveant, si coram coetu ex cerea promuntur memoria, est in aprico. Lectores enim pudore carentes in Schola minime esse tolerandos, quoniam multum gratiæ & suavitatibus disperit turpisque otii vitium ea res prodit, non inique iudico. Habuerunt quidem veteres suos Lectores, at non in Scholis, sed ad mensam, inter epulas & convivia, in coenaculis, vel etiam in cubiculis, si noctes agebant infomnes (c). Innotuerunt quoque Seculo post C. N. tertio certi in Eccl. Lectores (d), qui tamen huc non sunt referendi; unde ego quoque, quotiescunque oblata occasione Orationes in auditorio, aut in museo a me sunt habendæ, istas non ex schedula prælego, sed more antiquitus tradito ex prompta profero memoria. Æqui bonique de cætero bonos hos Discipulorum conatus consulunt, uti spe ducor certissima, omnes, qui bonas literas magni pendunt musisque favent.

- d. 2. Jan. Or. Lat. *de votis, quæ circa novum annum fieri solent*, egit & Præceptoribus novum annum pie gratulatus est *Io. Ernestus Schurichius, Chemn.*
d. 14. Jan. *utrum Alexander M. magis sit vituperandus, an laudandus?* disquisitionem *Carolus Fridericus Fritzschius, Schmiedeb. Sax.* Resp. & *Adamus Gottlieb Thielius, Chemn. Opp.*

d. 21.

(a) XENOPHON in *Cyropad.* s. *de Cyri Institut.* L II.

(b) de hoc Xenocrate lege *LAERTIUM*, hinc non confundendus est cum aliis.

(c) Vid. *CORN. NEP.* in *Str.* C. XIII. §. 3. *SYETON.* Aug. C. LXXVIII. *CIC.* *Attic.* I. 12. & *ad Fam.* L. V. ep. IX.


MARTIAL. III. Epigr. L. &c.

(d) vid. *PEAFFELI Institut.* 168. *Eccl.* Sec. III. §. 2. p. 167. & *I. A. SCHMIDDI* de primitivæ *Eccl. Lecteribus illustribus.*

- d. 21. Jan. disputatum est inter *Gottfredum Müllerum, Chemn. Resp. & Io. Christian. Heynium, Chemn.* Opp. *utrum Adamus fuerit Philosophus?*
- d. 28. Jan. *Christianus Sigismundus Lieberwirth, Krumhermersd. Misa. Resp. & G. Müllerus, Opp.* hanc ventilarunt thesin: *utrum cuius homini sit angelus quidam tutelaris?*
- d. 4. Febr. disputarunt *Ioannes Christianus Schultzius, Chemn. Resp. & Io. Christianus Heynius, Opp.* num *Advocato malam causam defendere liceat?*
- d. 8. Febr. *Io. Augustus Keppelius, Chemn. Or. Lat.* probavit, *corovia natali die instituta non esse illicita* simulque *Præceptori natalem gratularatus* est eum.
- d. 18. Febr. rimati sunt *Io. Gottbelf Schubertus, Chemn. Resp. & A. G. Thielius, utrum magister atus furem iure interficere queat ac debeat?*
- d. 25. Febr. disputabant *Christianus Gottfredus Krausius, Chemn. Resp. & David Gottlieb Franckius, Chemn. Opp.* *utrum tempus matutinum an vespertinum ad excolenda literarum studia sit aptius?*
- d. 28. Febr. Or. Lat. consideravit *ritum lugendi mortuos apud veteres Fridericus Gottlob Straubius, Blauenf. Misa.*
- Eod. die B. Dn. M. Danieli Müllerero, Rectori per XLII. annos de Schola Chemnitensi optime merito, die duodecimo huius ipsius mensis demortuo, verbis Germanic. parentavit *Io. Audreas Irmscherus, Gärnsdorff. Misa.*
- d. 2. Mart. Ioanni Carolo Gottlob Neefio, Schola nostræ Civi premature demortuo, verbis German. parentavit *Io. Michael Müllerus, Emsiedel. Misa.*
- d. 4. Mart. disputatum est inter *J. C. Heynium, Resp. & G. Müllerum, Opp. utrum Regulus, natione Romanus, Carthaginiensium captivus, Roman missus, ut pacem conciliaret, dum ex tenore prestiti iurisdictionis Carthaginiem rediit, recedat* ad Eutrop. Lib. IV. Cap. XIV.
- d. 6. Mart. parentavit piis Dn. Rect. Müllereri manibus *Christianus Fridericus Schultzius, Chemnic. verbis German.*
- d. 11. Mart. disputabant *A. G. Thielius, Resp. & C. F. Fritzschius, Opp. utrum hodierni eruditi præsent veteribus?*
- d. 13. Mart. *Panegyricum* Germ. in B. Dn. M. Müllerum recitavit *G. Müllerus.*
- d. 16. Mart. *Panegyricum* Latin. in eundem B. Müllerum dixit *D. G. Franckius.*
- d. 18. Mart. disputatum est inter *Christianum Ernestum Sonntagium, Chemn. Resp. & I. C. Schultzius, Opp. utrum recte egerit Elias Ministros Baalis idololatrias interficiens?* ad I. Reg. XIII.
- d. 20. Mart. Carmine Germ. consideravit *Jesus patientem Io. Christianus Fuchsus, Wiederav. Schoenburg.*
- d. 24. Mart. disceptatum est inter *C. F. Fritzschium, Resp. & Carolum Gottlob Schultzius, Chemn. Opp. utrum Cimon ob insolitam liberalitatem, quam exercuit, fuerit laudandus, an taxandus?* ad Corn. in Cim. Cap. IV.
- d. 29. Mart. Deprecatoris munere functus est *G. S. Lieberwirth & de veterum Hebr. expiationis die Latino idiomate egit.*
- d. 8. Apr. disputatum est a *G. Müllerero, Resp. & I. C. Heynio, Opp. utrum literæ elegantiores ad veram pertineant eruditionem?*
- d. 15. Apr. disputavit *C. S. Lieberwirth, Resp. & I. G. Schubertus, Opp. utrum resurrectio Christi sit fundamentum nostræ resurrectionis?*
- d. 29. Apr. disquisivit *Christianus Gottfredus Klimperus, Chemn. Resp. & D. G. Franckius, Opp. utrum malefici salvo iure possint torqueri?*
- d. 4. Maji recitavit Carmen Heroicum Lat. *de beneficiis ex passione & resurrectione Christi in nos reduntantibus F. G. Straubius.*
- d. 6. Maji disp. *I. C. Heynius, Resp. & A. G. Thielius, Opp. utrum juveni liceat proficisci in exteras regiones?*
- d. 13. Maji *Benjamin Lebrecht Sonntagius, Chemn. Resp. & D. G. Franckius, Opp. disputarunt, num certamina cum belluis inire liceat?*
- d. 15. Maji Carmine vernaculo descripsit *molestias belli I. A. Irmscherus, delicias pacis vero Carm. itidem vernaculo decantavit Cornelius Christianus Weigelius, Thum. Misa.*
- d. 27. Maji disputabant *A. G. Thielius, Resp. & I. G. Schubertus, Opp. utrum Protoplasti ederint carnem in Paradiso?*

- d. 31. Maji de Poesi veterum Hebraeorum egit Orat. Lat. Io. Michael Müllerus.
- d. 3. Jun. indagaverunt C. F. Frutzbilius, Resp. & A. G. Thielius, Opp. utrum diabolus vera locutus sit, dum dicit: omnia, quaecunque habet homo, dat pro vitia sua, ad Jobi III.
- d. 10. Jun. C. G. Schulzius, Resp. & A. G. Thielius, Opp. disputarunt utrum Josephus peccaverit, post complures annos patrem honores, quos in Aula Aegyptiaca adeptus erat, celans?
- d. 15. Jun. Carmi Lat. Sapphico egit de Spiritu S. oleo coelesti, I. C. Heynius.
- Eod. die. Io. Gottlob Weisio, Mercatori Annamontano Germanice parentavit C. C. Weigelius.
- d. 17. Jan. C. S. Lieberwirth, Resp. & C. G. Klimperus, Opp. disputarunt, utrum surculus absque peccato sacra publica negligere queat?
- d. 19. Jun. Or. Germanice de Principe Electore Saxonie, Augusto, conditore Arcis Augustob. egit & Scholae Carmin. vernaculo valedixit Io. Gottlob Loechererus, Augustob. Misn.
- d. 23. Jun. scrutati sunt I. C. Schulzius, Resp. & I. C. Heynius, Opp. utrum significatus religiose adorationis competat Christi homini? ad Comp. Hut. Loc. XXV.
- d. 1. Jul. I. G. Schubertus, Resp. & I. C. Schulzius, Opp. rimabantur, num Deus peccata parentum puniat in liberis?
- d. 5. Jul. Ovidii Ep. III. L. I. ex Ponto in Genus Heroic. mutatam exhibuerunt F. G. Straubius, Carolus Christophorus Meurerus, Chem. Io. Albertus Schmidius, Wiederau, Schoenb. & Carolus Emanuel Wiesnerus, Mittw. Misn.
- d. 7. Jul. Or. Germanice de Sanitate habuit D. G. Franckius.
- d. 8. Jul. disputarunt C. G. Krausius, Resp. & D. G. Franckius, Opp. utrum Adam & Eva in statu innocentiae fuerint criati?
- d. 12. Jul. Elegiam Ovidian. supra allegatam in Genus Heroic. mutatam exhibuerunt I. C. Schulzius, I. A. Irmscherus, Traugott Plencknerus, Chem. D. G. Franckius.
- d. 15. Jul. disputarunt I. C. Heynius & D. G. Franckius, utrum hosti liceat fontes ac puteos veneno tingere?
- d. 21. Jul. disputarunt C. S. Lieberwirth & I. G. Schubertus, num reservationes mensales alere liceat?
- d. 29. Jul. disputarunt I. C. Schulzius, Resp. & I. C. Heynius, Opp. utrum Philosophia contradicat Theologia?
- d. 7. Aug. dictum Pythagorae: ne retrovertare, ad terminum si veneris, Or. Lat. exposuit C. G. Klimperus & commilitonum nomine, peccata confessorum, egit deprecatorem.
- d. 12. Aug. disputarunt I. G. Schubertus & Io. Christ. Heynius, utrum infantes recipiant patibilem qualitatem?
- d. 14. Aug. de nummis in ore defunctorum repetitis Or. Lat. disseruit & Carm. vernaculo Scholae urbique valedixit C. S. Lieberwirth.
- d. 6. Sept. de veterum stigmatibus Or. docuit Lat. C. G. Krausius.
- d. 28. Nov. Epist. V. Ovid. ex Pont. quam ad Maximum scripsit Poeta, in Genus Heroic. mutatam, recitarunt I. A. Irmscherus & D. G. Franckius.
- d. 11. Dec. praecedentem Ep. Ov. in versibus Hexamet. versam recitavit I. C. Heynius.
- d. 21. Dec. Or. Latina egit de veste baptizatorum infantum alba, si dem Westerbemde, I. A. Schmidius. De albi coloris usu tam sacro, quam profano, icidem Or. Lat. docuit C. C. Weigelius.

Haec sunt, Patroni, Fautores, Amici, haec sunt privata quaedam Discipulorum aliorum exercitia, quae recentere impraesentiarum, ut exciteret indies illorum industria, voluit. Benedicat de cetero Deus clementissimus labori nostro, benedicat Scholae, benedicat demum discipulorum studio, & taxit, ut recto omnes tramite semper incedant.





LVM SECVNDVM
DILIGENTIA DISCIPVLRVM
NDAM PRIMO ORDINI
ADSCRIPTORVM
NSPECTORIBVS
SCHOLAE AMATORIBVS
MDCCXXXI. AD FINEM
PERDVCTO.
DECENTER OFFERT
nes Gabriel Beilius
 n-R. Sch. Chemn.

CHEMNITII
fficina Staessliana.
 Decembris die ultimo.

210.

